



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

I. Vt baptismum in Trinitate susceptum non iteretur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

102 IULIVS CONCILIVM CONSTANTIVS CONSTANS IMP.

& ceteris, quorum manus continentur, idem Gratianus episcopus dixit: Gratias Deo omnipotenti &

ANNO
CHRISTI
348.

Christo Iesu, qui dedit malis schismatibus finem, & respexit ecclesiam suam, ut in eius gremium erigeret vniuersa membra dispersa, qui imperauit religiosissimo Constantino imperatori, ut votum gereret unitatis, & mitteret ministros sancti operis famulos Dei Paulum & Macarium. Dei ergo ntu congregati ad unitatem, ut per diuersas prouincias Concilia celebremus, & vniuersae prouinciae Africæ hodierna die, Concilium gratia Dei Carthaginem veniret, unde considerantibus vobis cum mea mediocritate tractentur tituli necessarii, de quibus necesse est, nos, memores præceptorum diuinorum & magisterii diuinorum scripturarum, contemplantes unitatis tempus, id de singulis definire, quod nec Carthago vigorem legis infringat, nec tamen tempore unitatis aliquid durissimum statuamus.

I.

Ergo, si vobis placet, consideremus primum titulum rebaptizationis. Vnde sanctitatem vestram postulo, ut mentis vestrae placita producatis ad descendenter in aquam, & interrogatum in Trinitate secundum euangelii fidem & apostolorum doctrinam, & confessum bonam conscientiam in Deum, de resurrectione Iesu Christi, siliceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum intingi. Vniuersi episcopi dixerunt: Absit absit. Illicitas esse sancimus rebaptizationes, & satis esse alienum a sincera fide & catholica disciplina. Gratus

IVLIVS CARTHAGINENSE. CONSTANTIVS² IMPP. IO³
P.L. CONSTANS³

ANNO CHRISTI 348. episcopus dixit: Magna beatitudo a Deo patre per Dominum Christum concessa est tempore nostro, vt liceat religiosis mentibus insinuare ecclesiasticam disciplinam, vt auditores percipientes regulam rectam, & Deo placentem, præmia multorum bonorum percipient, vt in ipsis Deus in omnibus & pro omnibus honoretur. Discussus est titulus necessarius rebaptizationis, in quo plus schismatis rabies delitescebat, & habita moderatione, legis vi-gore & auctoritate fides custodita est. Illud sane sapientissimis vestris sensibus insinuare contendo, licet vestra prudentia sit instruēta a Deo, & mereatur in pace & vnitate consequi desuper munera larga; tamen & ego vnu ex vobis, & qui parem vobis solitudinem gero, propter ecclesiasticum ordinem illud insinuare curabo.

II.

Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, neque ad passiu corpora, quæ sepulturæ tan-tum propter misericordiam ecclesiasticam, commendari mandatum est, redigat, vt aut insania præcipitos, aut aliquo tali paecto, aut alia ratione pec-cati * disiunctos, non ratione vel tempore compe-tenti, quo martyria celebrentur, martyrum nomi-ne appelle. At si quis ad iniuriam martyrum, claritiati eorum adiungat infamiam, placet eos, si laici sint, ad pœnitentiam redigi. Si autem sunt clerici, post commonitionem, & post cognitionem, honore priuari. Vniuersi dixerunt: Recte * stabilit sanctitas vestra. Hoc & singulis Conciliis statu-tum est.

*discre-to,

*stabilit